

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

De B. Gebhardo, Episcopo Constant. fratre
Bertholdi et Hermannii.

Trithemius in Hirsaugiensi Chronico: Gebhardus filius
Ducis Alemannie s. sic et ab aliis scriptoribus Berthol-
dus. passim nominatur, quia iure Ducatus hic illi debe-
batur: et frater Ducis Bertholdi, vir non solum nobili-
tate sanguinis clarus, sed etiam sapientia, facundia, et
eruditione scripturarum insignis, contempto seculo pro
Dei amore sub sancto patre Guilielmo in hoc nostro Ca-
nobio monachus factus est, hinc postea Constantiensis Epus
ordinatus, multa huic Monasterio Hirsaugiensi unacum
fratre Duce Bertholdo bona fecit.

In canaculo seu triclinio ejus Monasterij hoc eidem
elogium positum est: Sanctus Gebhardus, Hirsaugiensis
monachus, frater Bertholdi de Zeringen, Suevorum et
Carinthie Ducis, ob vite et Religionis Sanctitatem
Epus Constantiensis Ecclesia instituitur, qui Christi
se ministrum utilem et idoneum verbo pariter et
exemplis exhibens, populum sibi subjectum laudabiliter
rexit.

Bertholdus Constant. ad an. 1084. Officiensis quoque, cum
in Alemannia moraretur, S. Constantiensi Ecclesia jam
dudum viduata, catholicum pastorem ordinavit, scili-
cet Gebhardum, Bertholdi Ducis filium, nobile quidem
genere, sed nobiliorem monachica conversatione,
hunc sane invitum, imo multum ejulantem ac re-
clamantem, Constantiensibus Clericis et Laicis pe-
tentibus et laudantibus XI. Cal. Jan. Episcopum

consecravit, quem pridie, id est, festo S. Thoma cum aliis Clericis Presbyterum fecit, inter quos et horum Chronicorum Scriptorem in eadem Solennitate in Presbyterium promovit, eiq; potestatem ad suscipiendos penitentes ex apostolica auctoritate concessit. Hic vides Lector quantum huic Scriptori tribuendum.

Jacobus Manlius Brigantinus in Chronico Constant. quod Bistorius edendum curavit: / hac de eo scribit: Tricesimus sextus Epus Constantiensis Gebhardus Dux de Zerlingen conventualis Hirsau an. Dni MLXXXV. Epus creatur; nam cum Otto Epus Albanensis, Constantiam veniens intelligeret, Dioecesin propter Ottonis / de Gozlar Saxonia Civitate oriundi: / Episcopi demerita viduatam, et maximo in merore constitutam esse, ipse cum nonnullis maturis viris atq; Patribus consilio inito de alio Ecclesie Sponso tractare cepit. Aderat tunc religiosus Pater Wilhelmus Abbas in Hirsau, vir siquidem doctrina, moribus, et religione praestans, et cum eo dictus Gebhardus, vir multum devotus. Itaq; dum inter eligendum Reverendi Patres, quilibet juxta sua Consuetudine exigentiam de utili Pastore seu Ecclesie Sponso eligendo consuleret, tandem S. Spiritus in sinu dictus Gebhardus unanimi est electus voto.

Quod cum sibi apud altare B. Mariae Virginis oranti insinuaretur, ipse in tantum stupefactus est, ut in terram cadens tanquam mortuus amplius penitus nesciret loqui. Sed divina assistente gratia resuscitatus 13. Horis Sacerdos et imediate subsequenti die Episcopus ordinatus,

et praesedit annos XXVII. Hic quoque, Episcopus singulis, 103.
qua Brasidem decorant, plenus, B. V. Maria Monaste-
rium, quod Antecessor suus Rymoldus erexerat, dedica-
vit an. 1089. obiit an. 1110. 12. Nov.

Ad an. 1085. notat Bertholdus Chronogr. quod Gebhardus
Constantiensis cum aliis Epis, puta Juvaviensi, idest,
Salisburgensi, Magdeburgensi, Wirceburgensi, Wor-
maticensi, et Augustensi ad generalem Synodum in Quin-
tilineburg, vulgo Quentelburg, apud Saxones a Lega-
tis Sedis Apostolicae et Hermannus Rege congregata venit.

Guillimannus ad an. 1088. Henricus in Italia tunc
bella gerens Arnoldum S. Galli monachum contra Gebhar-
dum Constantie Epum instituit, Ulrico Abbati mandans,
ut per vim, si aliter nequiret, in Constantiensi Sede
illum collocaret. Cives hunc manibus adequitatem delio
sundiq; repulere; igitur quae ante mania erant, diripuit
Ulricus et incendit. Cum praeda recedentes insecuti Con-
stantienses quidquid S. Gallensium fuit, ad ipsorum
urg; oppidum inflamavere. Eisdem mox S. Gallensium
spoliis onustos et vindicta latos incuriosq; ad Tauernum
flumen oppreperunt; multi interfecti, alij capti et in
S. Galli oppidum rapti. Excivit ea clades in fratris
opem Bertholdum, qui subita manu non solum quae Ab-
batis erant, ut saepius ante, sed etiam civium bona et
villas incendit, nihilq; non hostile exercuit. Ex Epis
Germania, inquit idem, quinq; duntaxat per ea tem-
pora restabant catholici: Gebhardus Constant. Hermannus
mediomatricum, Altmannus Batavij, Adelbero Herbi-
politianus, et Vernerus Mersburgiensis.

Ad an. 1089. Bertholdus: Dominus Papa Urbanus his
temporibus Roma in Insula, quae inter duos pontes sita est,

morabatur, decretalemq; epistolam venerabili Gebhardo
Constant. Epō 14. Cal. Maij direxit, in qua ei Episcopalem pote-
statem super Clerum et populum Augiensis Insulae prater
monachos concessit, data etiam auctoritate, ut abbates ibi
vice sua ordinaret; Item et apud Augustam sive Curiam Epōs
constituere procuraret, nempe in tota Alemannia, Bava-
ria, Saxonia et aliis vicinis regionibus predicto Gebhardo
Epō vicem suam comisit, ut Ordinationes improbandas impro-
baret, roborandas roboraret. Erant prater hunc quatuor
tantum in Teutonia Episcopi, qui in catholica comuni-
one perstiterunt, videlicet Wirceburgensis, Bataviensis,
Wormatiensis et Melensis, quorum confortamento reliqui
catholici Schismaticis in principio resistunt.

Gebhardus, pergit idem auctor, sedis apstlicus Legatus,
Welfonem Ducem Bavaariae per manus in milites accepit,
sicut et proprium fratrem Bertholdum Ducem Aleman-
niae iam dudum fecit. Cum quibus et reliquis Alemanniae
Principibus magnum conventum apud Ulmam habuit,
in quo conventu firmissime laudatum est, ut Constan-
tienti Epō omnimode secundum Statuta Canonum obedi-
retur, et ut Duci Bertholdo et Comitibus secundum le-
gem Alemannorum obsecundaretur, dein firmissimam
pacem tam Duces quam Comites, tam minores quam ma-
jores se observaturos a 7. Cal. Dec. usq; in Pascha, et
a Pascha in duos annos juraverunt &c. excepto Arnol-
do invasore Constantiensis Ecclesiae et ejus fautoribus.

An. 1094. Gebhardus Epus magnam Synodum Constan-
tia in hebdomada majore ante Pascha cum abbatibus et
Clericis innumerabilibus et cum predictis Ducibus Ber-
tholdo et Welfone et reliquis Alemanniae Principibus
canonice celebravit, ibiq; multa, quae corrigenda erant,
correxerit, ibi etiam incontinentiam Presbyterorum et

violentiam Simoniacorum adeo prohibuit, ut etiam po- 105.
pulum ab eorum officio banno prohibuisset, si ipsi in
sali facinore positi contra fas et jus ministrare pro-
sumpsissent

An. 1095. Gebhardus Epus iterum in Italiam profectus,
Synodo Placentia per Urbanum P. celebrata interfuit,
quo tempore Monasterium S. Petri in Hercynia Sedi Apo-
stolicae obtulit, uti supra memoratum.

An. 1100. Dominus Papa Paschalis I. qui Urbano defuncto
anno superiore successerat: per literas Van. Gebhardo Constant.
Epo in Teutonicis partibus apostolicas vias commendavit, quas
et ab antecessore eius multis annis obtinuit.

Spondanus in Epitome Annalium. Ecclesiast. hoc ex Ber-
tholdo referens adjicit de Gebhardo: Apostolicus plane vir,
qui pro ceteris stetit pro muro Domus Israel perditissimis
hinc temporibus; Et ad an. 1105. Gebhardus III. Constant.
Epus, Legatus Sedis apostolicae per Germaniam, Henricus V.
cum patre relicto ad catholicas partes se transtulisset, et
rex salutatus esset, ab excommunicatione absolvit in
Northusano Conventu. Misus idem Gebhardus anno seq.
Romam ex Decreto Statuum Imperij.

An. 1103. s. ut habetur in Annalibus Monasterij Got-
traugensis: Gebhardus III. Constant. Epus dedicavit hanc
Ecclesiam in Gottraugen, praesente et assente comite glorioso
Bertholdo de Hohenburg, fundatore hujus loci, cum Gebe-
hardus primus abbas hujus loci praesentatus et investitus
fuisset. Cui Comes generosus fundavit et construxit Mo-
nasterium año a Nativitate D. N. I. C. millesimo, nona-
gesimo quarto, praesidente Sanctissima Romana Ecclesia
Urano II. Pont. Max. regnante deniq; gloriosissimo Hen-
rico Rom. Serenissimo Imperatore.

Notandum, quod hic Comes non sua tantum, sed se pari-
ter Domino consecravit. Constat hoc ex Necrologio eius

monasterij, ubi haec leguntur: III. Martij obiit Bertholdus monachus ex Comite Hohenberg, fundator huius Canonij Götzowe. 1110. Diploma, quo Henricus V. fundationem illam Caesarea auctoritate roborat, eodem anno, sed ad 17. Cal. Sept. datum est, mortuo jam fundatore. Illud sic incipit: In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis Henricus divina favente Clementia Rex, omnium S. Dei Ecclesiae fidelium cognoscat industria, quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est, in provincia scilicet qua Teutonica dicitur Francia in Episcopatu Spirensi in pago Albegova, in comitatu Vorchheim in Sylva, qua dicitur Loushart iuxta fluvium, qui dicitur Alba, quod Goddesowa nuncupatur, honorifice constructum, et Deo dicatum est a quodam Comite Bertholdo, conjugis ipsius Lugarde, filio eius Bertholdo, et filiaibus Lugarda et Melhilda, sibi in hoc omnino consensibus &c. data 17. Cal. Sept. Indict. III. anno domin. incarn. MCX. regnante Henrico V. Rege Rom. an. IV. actum est Spira in Christo feliciter. amen.

Ast monachi S. Petri in nigra sylva sic annotarunt: A. idus Nov. an. 1110. Depositis B. M. Gebhardi Constant. Epi, fratris monasterij nostri Fundatoris. Et hunc quoque diem designat Bucelinus in Catalogo Episcoporum Constant. ubi hunc 47. loco ponit: B. Gebhardus, Feringia Dux, Bertholdi Alemannia Ducis frater, monachus Hirsau-giensis invitus eligitur an. C. 1081. error 1084. / presente Ottone Albenfi Ep'o S. R. E. Card. ob. 1110. 12. Nov.

Libel hic addere, qua de matre Gebhardi Beatrice / nam ex altero Bertholdi Ducis conjugio natum omnes fatentur / apud Constant. Chronographum reperi. Is ad an. 1092. Beatrix, inquit, Soror Friderici Marchionis et uxor quondam Bertholdi Ducis, tandem

per diuturnam infirmitatem à Domino misericorditer
castigata et exanimata felicissime diem clausit ex- 107.
tremum 7. Cal. Nov. et in civitate Leucorum s. qua Tul-
lum vulgo dicitur: ab Episcopo loci honorifice sepelitur.

De Friderico isto ad an. præcedentem 1091. Hoc quoque
anno 3. Cal. Jul. decepsit Fridericus, hic comes sub habitu
faculari more S. Sebastiani strenuissimus miles Christi fuit,
videl. Ecclesiastica religionis ferventissimus amator, et
catholica pacis indefessus propugnator. Hunc Ven. Papa
Gregorius, hunc beatus Anshelmus Lucepsis Epus, quasi
unicum filium amaverunt; hunc Clerici et monachi
imo omnes Religiosi ferventissime dilexerunt, hic in fide-
litate S. Petri contra Schismaticos usque ad mortem studio-
sissime certavit, in cuius etiam festo de hujus vita erga-
pulo creatus, eidem in caelesti patria creditur associatus.
Erat autem filius Domina Sophia et Ludovici Comitissæ,
qua erat matertera Comitissæ Meckildis, qua cum Dño
suo Welfone Duce in Italia contra Schismaticos mul-
tum laboravit.

De Sophia idem ad an. 1093. Nobilissima Comitissa So-
phia vidua Ludovici Comitissæ, mater p. m. Beatricis
Ducis et Friderici Marchionis in senectute bona, cum jam
multos filiorum videret, diem clausit extremum.

Cap. XVII.

De Hermanno I. Marchione Badensi.

Qui cap. III. adducti sunt testes de Zeringensi Hermanno,
plerique omnes etiam de Badensi meminervunt, et me hic
parte laboris sublevant, monendus tamen est Lector,